

## TRACTATUS

Sequitur nunc tractatus tertius, qui est de Minutijs, ut uocant, uulgaribus.

**T**ractationem de minutijs uulgaribus paulo altius repetiuimus, cum hæ non a quouis facile perdisci queant. Adduximus illarum inter se proportionēs, species item singulas atque totum negotium suis demonstrationibus uarie, quoad a nobis id fieri potuit, ornauimus fundauimusque. Atque sic factum est, ut non eo quo a cæteris ordine a nobis illæ fuerint descriptæ. Tu igitur summis uiribus conare, ne teipsum in hoc studio negligas, atque semel tandem fractionis cum illarum per uniuersam fere arithmeticam non sit rarus usus, plane intelligere, ex nostris scriptis & percipere possis.

Fractio uel Minuta est pars integri. Pars hoc loco sumitur non modo ut sit multiplicis cuiusdam pars, cuius supra in primo definitionem adduximus sed omne  
id